

ac sui ordinis. Nam quū Rex Taurino reuer-  
sus, quiesceret in colliculo S. Andreae fere solus  
antequam discederet Magister equitum Bur-  
degalas, cuiusdam suffragatione literas à Rege  
extorsit, quibus inhiberetur prorsus Bibliorum  
à me impressorum distractio: ea tamē cōditione  
vt daturi essent articulos, tādū tantōque opere  
expetitos. Quod factū non prius rescivi, quam  
Rex Lugdunū venisset: vbi cū me ad Illustriss.  
principem Cardinalem Guysianum cōtulissem  
gratias acturus de ea, quam mihi apud Segu-  
sianos præstiterat, humanitate: quæ postea se-  
cuta esset mutatio, admonuit in magno nobiliū,  
cæterorūque circumstantium cœtu. Quū verò  
rogassem nunquid remedij: nullum esse respon-  
dit. Mæstus, vale dico & illi & patriæ. Eadem  
& Castellano refero, illūque postremum va-  
lere iubeo, quòd viderē mihi patriæ cedendum  
esse. Nam quò tēderet præiudicium illud, scie-  
bam. Egrediens tamen domo, vt ne grauaretur  
quidnam hoc rei esset, ex Rege sciscitari, vehe-  
menter obtestor. Quod magna difficultate ex-  
tortum, grauatim fecit: & certè causa erat cur  
detrectaret. Postridie tamen, quàm magnifico